

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5048

**Auteur(s) :** Eugène III [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Pont-Audemer, Saint-Gilles (hôpital)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1145-1153]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Eugène [III] prend les frères malades de l'église Saint-Gilles de Pont-Audemer sous sa protection et confirme les biens de ladite église.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 63, p. 140-142.

### Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2<sup>e</sup>éd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 9636, t. 2, p. 83.

## Dissertation critique

Datation proposée par J. Ramackers.

Texte établi d'après a

Eugenius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis in Christo filiis infirmis fratribus in ecclesia sancti Egidii apud Pontem Audomari consistentibus salutem et apostolicam benedictionem. Quociens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in domino filii, uestris iustis postulacionibus clementer annuimus et predictam ecclesiam cum omnibus pertinenciis suis sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largicione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propicio poterit adipisci, firma uobis et per uos eidem ecclesie et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : ex dono comitis Mellenti triginta libras per singulos annos in prepositura Pontis Audomari, in Anglia in uilla, que uocatur Bera, decem marcas argenti, apud Pontem Audomari quadraginta quarratas lignorum, decem acras de alneto sub Ponte Audomari, iuxta fossam uetularum duas acras pratorum, unam carrucatam terre super boscum ardearum, redecimationem uini uinee de Bellomonte, de Sahiis et de Cruce, duas partes redecime uini, quod de partibus Francie ad Normanniam defertur, duos burgenses ad seruicium uestrum libere deputatos, dimidiam partem tocius redecime co(n)rediorum domus ipsius comitis in Normannia et Anglia et tria milia harengorum, in Brotona duas quadrigas quietas ad ligna

uestra deferenda, apud Brioniam carrucatum unam terre et hospitem unum, apud Montemfortem unam masuram terre in prato, ex dono bone memorie Rogeri Saresberiensis episcopi ecclesiam de Esturministria cum decimis et omnibus pertinentiis suis ad uestimenta uestrorum sacerdotum concessam, apud Bosciuagoiet terram, quam emistis a Normanno armigero, ex dono Roberti de Formouilla terram sub bosco ardearum, terram, quam emistis a Rodulfo Croc et molituram eiusdem terre ex dono Radulfi Eflanc, ex dono Willelmi de Vanescrot et Hugonis Harenc terram iuxta domum uestram, terram, quam dedit uobis Petrus filius Anseri, apud sanctum Sansonem terram a uobis emptam, terram Beatricis filie Anschetilli, terram Radulfi Birbote, ex dono Thome de Bellomonte et filii eius uiginti acras terre in uilla, que dicitur Hispania, et pascua animalibus et ouibus uestris, terram de Coldreio in bosco, plano et pratis, ex dono Radulfi Eflanc haiam unam cum fossa iuxta pratium et molituram eiusdem terre, ex dono Radulfi Parui mansuram unam terre in Bulgerua, ibidem unam mansuram terre ex dono Radulfi filii Gileberti, ex dono Willelmi de Tiboluilla terram de Fonte, ex dono Pagani unam acram terre, domum et terras, quas dedit uobis Girondus Puella. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere aut aliquibus uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur uobis et aliorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. AMEN.